

**Botan.**  
**1162**



2871

~~Prof. 1998. 6~~



PAULI AMMANNI

Budorgensis,

CURÆ SE-  
CUNDÆ,

qvibus

CHARACTER

Plantarum Naturalis

anno præterito

1685.

vel

auctior, vel correctior  
redditus fuit.



L I P S I Æ,

typis JOH. WILHELMI KRÜGERI.

CID IDC LXXXVI.

110. Phys

PAULI AMMANI

Budapest

CHARACTE

QUIDAM

opus

CHARACTER

quidam

1883

Collection

1883

Collection

1883

Collection

1883



AD  
LECTOREM!

**S**ingulis an-  
nis, vel ali-  
quid novi,  
vel solidius aliquid ex  
Botanicis, ad nos af-  
fertur, ex quovis ter-  
mè terrarum orbe :  
illud ad augmentum,  
hoc v. ad comple-  
mentum, vel perfe-  
ctionem, nostri *Chara-*  
*cteris* facere omnino

A 2

vide-


videtur ; hanc ob  
 causam impossibile  
 est , omnia uno Vo-  
 lumine complecti :  
 hinc cogitanti mihi,  
 qvî Philiatros hac  
 in parte juvarem ?  
*Cura Secunda subnatae*  
 fuerunt , quibus ani-  
 mus est, *Canones & Exem-*  
*pla* vel corrigere in  
 quibusdam, vel etiam  
 adaugere, citra existi-  
 mationis nostrae ma-  
 culam,



culam, vel labē, præstat namq; proprios nævos agnoscere, quàm, ut ab aliis contumeliosè fugillentur, permittere. Nul- libi siquidem facilius est errare, ( decipi etiam ) quam in Facultate medica, quod, qui non credit, nihil minus est, quam Medicus, sed Philantia occæcat⁹ Narcissus.

Renascentur v. singulis  
 annis, annuente Deo, unâ  
 cum renascente naturâ hæ  
*Curæ Secunda*, eâ, quâ jam di-  
 ctum, fini: etenim quòtan-  
 nis *Characterem* novorum  
 Typorum exscriptioni sub-  
 jicere, opportunum semper  
 Bibliopolis certè, non vide-  
 tur, quapropter, quin, æ-  
 quissimi Rei herbariæ æsti-  
 matores, medium hocce,  
 quod hâc vice amplecti de-  
 buimus, æqui-boniq; con-  
 sulturi sint, dubitamus nul-  
 li. PP. Lipsiæ d. 12. April.  
 A. O. R. 1686,

CURÆ



CURÆ SECUNDÆ  
 Fundamento Methodi ge-  
 nuinæ cognoscendi Plan-  
 tas, applicandæ.



Undamentum  
 hoc eqvidem  
 hucusq; incon-  
 cussum, & ἀνίτη-  
 τον, permanfit, i-  
 deo parum, vel

nihil, qvoad essentialia, monebo,  
 exceptis saltem iis, qvæ diluci-  
 dationi poterant inservire.

Sic pag. 18, lineâ ante - & pe-  
 nultimâ, post hæc verba, *est Se-  
 dum*, adde, num Myrtus foliis ro-  
 ris-marini, est Ros-marinus?  
 num petasites africana, calthæ

palustris folio, est caltha? num  
 Leonurus africanus folio Sideri-  
 tidis, est Sideritis? num Meli-  
 anthus africanus, foliis pimpi-  
 nellæ fætidaë spicataë arborescen-  
 tis, est pimpinella? & sic per  
 myriada exemplorum!

Pag. 42. post arcadici, adde:  
 ex hoc male-posito fundamen-  
 to, perperam audit flos Adonis  
*Montalbano*, oculus Diaboli Saxo-  
 num, quid Saxonibus cum ocu-  
 lis Diaboli? quid Armerio cum  
 oculis Christi? vide plura de his  
 in Ambrosino p. 385.

Pag. 48. post Zanon, p. 69. adde:  
 verum ob maculas florū viperi-  
 nas, male *Budæus à Stapel*, apocy-  
 num africanum, aphyllum, den-  
 ticulatum, aizoides, vocavit Fri-  
 tillariam primitus, quoniam  
 nulla fritillaria fert filiqvas, ut  
 facit apocynum omne. P. 53.

P. 53. *isthmo interceptis*, adde *se-*  
*quentia*:

B. J. mittens ad me d. 5. Maji 1685.  
*Phyllum testiculatum*, & *polygalam*  
*frutescentem Thymbræ facie*, hæc sub-  
jungit: diese 2. Samen, ob gleich die  
plantæ toto cœlo differiren, glei-  
chen sich doch einander nach der  
Form, woraus denn zu sehen, wie  
weit blos und allein sich nach  
der Samen Gestalt zu achten? ve-  
rum.

Resp. fallere hanc B. J. consequen-  
tiam: quarumcunque plantarum  
femina, formâ externâ, id est, ro-  
tunditate, conveniunt, ut in hoc  
exemplo, illæ plantæ sunt ejusdem  
speciei. Atqui, prædictum phyl-  
lum, & thymbra, ita sese habent.  
Ergò!

Conclusio est falsa: ergo vel  
major, vel minor: non hæc, er-  
go illa! nam hic feminum ro-

tunditas nihil facit, sufficit aliam notabilem intervenire differentiam, videlicet: quod Polygala ad filiqvosas, Phyllum ad Cynocrambem spectet, cujus seminum involucra sunt hirta, vel aspera, binatim juncta, continentia unum parvum, & rotundum semen. Ergo rotunditas Seminum ad Plantarum indentitatem h. l. nihil facit! nisi & Coriandri, orobi, Pisi, rubiæ, Loti argenteæ creticæ Semina, huc trahere, & leguminosarum, umbelliferarum, si liqvosarum multicapfularium differentias, h. m. è medio tollere velis!

Et quia B. J. ipse scribit, Phyllum & Polygalam toto cœlo differre, vides, quid de externâ figura, à rotunditate desumpta, sen-

sentiendum ? nihil nempe :  
nam possunt etiam leguminosæ,  
umbelliferæ, & multicapfulares,  
femina rotunda producere, ma-  
nente tamen differentiâ funda-  
mentali.

Denique si Phyllum testicula-  
tum, & Polygala frutescens  
Thymbræ-tacie, habent idem  
femen, quoad notam intrinse-  
cam, cur non phyllum producit  
polygalam? & contra, polygala  
phyllum? ergo differunt hæc  
utiqve intrinsece, licet, quoad  
formam externam, i. e. rotun-  
ditatem Seminis, quodammodo  
convenire videantur.

P. 53. lin. 3. pro, *ab hac*, pone:  
Ideò à,

CURÆ SECUNDÆ

quibus

CANONES

poliendi,

ad

Canonem

VII.

**H**Uic Canonī adde sequentem  
notam:

Referatur huc (1.) Amaranthus major  
ceylanicus, spinosus, flore viridi.  
(2.) Amaranthus minor indicus, fo-  
lio Tripolii, floribus ex æneo & ar-  
genteo colore variegatis, Vid. Br.  
Pr. p. 3.

XVIII.

Apocynum ( Asclepias, ne-  
rion, vel Laurus rosea ) constat  
floribus pentapetalis, & postea  
siliquis oblongis, in quibus sunt  
femina.



femina compressa, sub-rufa, intermixta cuidam materiae paposae, vel lanugini sericeae, quae libet pars plantae rupta, vel sauciata succum lacteum fundit.

H. B. 232. 233. 358. H. O. p. 581. G. à Turre p. 627.

Pag. 72, adde IV. Chamæ-daphne, vel Clematis daphnoides, ratione lanuginis sericeae, & respectu seminis compressi, quodammodo convenit cum Apocynio H. O. 581. Sed non lactescit, nec continet semen in siliquis, ideo magis est Clematis, quam apocynum.

L.

Chamæ-pitys est Planta verticillata, herbacea flore labiato, galeâ carente, foliis odoratis, modo trifidis, modo multifidis.

I, Hâc notâ distinguitur, à Chamædry, Teucrio, Maro. &c.

A. 7.

II, Poss.

II. Possent adjungi semina quaternaria in capsulis quinque-fidis, apertis, & folia bina è regione sibi opposita, sed hæc communia sunt omnibus verticillatis.

III. Ob id Chamæ-pitys austriaca flore cæruleo *Clusii*, non est Chamæ-pitys, quoniam habet florem labiatum, & galeatum.

### LIII.

I. Magna Chrysanthemorum est varietas, quæ tamen à foliorum formâ, & radiorum atque Discorum, colore, facile possunt discerni, etenim

II. Chrysanthemum Priscis, vi nominis, dicebatur flos, aureum habens colorem, sive sit iste in disco, sive in radio, sive in utrôque.

III. Pleraque, imo omnia, habent discum luteum, vel sub-luteum, maculis purpureis, vel sub-purpureis, aut nigris, intermistis, velut exempla testantur,

IV, Ra.

IV. Radius, vel luteus, vel albus est, vel in margine, aut radio ex parte albus, versus discum, ex parte luteus.

V. Datur etiam Chrysanthemum flore albo pleno, cujus semina, si Chrysanthemis sunt similia, color floris adeò stricte h. l. attendi non debet.

VI. Denique non capio, quid Triumfetti p. 85. sibi velit, cum Chrysanthemo corymbifero africano? omne siquidem Chrysanthemum est corymbiferum, quò ipso distinguitur ab Umbelliferis.

LVIII.

Pag. 86. lin. 15. (4.) odorata, ut vitalba, vid Georg. à Turre p. 318. Vinca-Pervinca G. à Turre p. 479, item Clematis Pannonica Clusii, flore ferrugineo simplici, & pleno, tandem, Clematis daphnoides.

LX.

V. Referatur huc, Galega hexaphyllos  
vul.

vulgariter, quæ tamen est Senna  
ceylanica minor, item, Talaghas,  
quæ est Senna ceylanica hexaphyl-  
los major. vid, Exempl. 524, &  
1267. de Uxana.

LXIII.

Conyza abit in pappos. H. B.  
p. 397, constatque flore discoide  
nudo, & hac ratione differt ab  
Astere, qui est flore radiato.

Conyza ab effectu sic denominata  
nullam speciem largitur. Ergo  
potest contineri sub Erigero.

XCVI.

I. Prædictæ hæ quinque capsulæ, se-  
minibus onustæ, virides adhuc,  
arcte circa rostri basin adhærent,  
& longis fibris in acutissimum mu-  
cronem terminantibus, & cingen-  
tibus stilum in medio nutritivum,  
desinunt, referuntque infra caput  
gruis, cum rostro longo acuto, at-  
que his notis distingvitur Gera-  
nium

nium à cæteris omnibus, sed præcipuè à malva, & alcea, cum quibus aliqualem habet Similitudinem, quatenus semina malvæ, & alceæ circulariter amplectuntur stylum nutritivum in medio, à quo nutrimentum ac incrementum hauriunt ipsa.

II. Geranium africanum Malvæ folio odoratum ( referebant enim folia & semina odorem Cyperi longi potissimum ac rotundi 1684, quæ tamen fragrantia exactè non deprehenditur, nisi quando æstas est sicca, hinc idem geranium, 1685, exiguum habebat odorem) constat flore roseo, & in uno scapo 6-9 flores conspiciantur, insigni naturæ Elegantiæ: duo petala superiora erant eleganter intus picta, lineâ atro-purpureâ, quæ in summitate ellychniû quasi fumigans, versus scapum verò, spicula quædam Jaculorum referebat, reliqua tria  
petala

petala consuetum solum colorem retinent, præterea intus aliquot staminula aurea conspicua sunt in eodem flore.

III. Geranium myrrhidis folio africanum floruit hic 1685, in uno scapo, 10, habebat flores ex obscure-luteo-sub-pallidos, odore suavissimo, non tantum noctu, sed etiam de die, vid. Cent. 1. Br. p. 129, in super nota: quod tria petala duabus striis rubris fuerint insignita, reliqua duo non item.

IV. Geranium altheæ folio, habebat 1685. flores rubros, aut roseos, rostra admodum parva.

V. Geranium alchymillæ folio, maculoso, piloso, monstrabat 1685. flores ochro-leucos, roseos etiam, quorum duo petala erant rubris striis notata, caulis erat pilosus, rostra cernua.

VI. Geranium Betonice folio producebat 1685. flores sub-roseos, intus

tus

tus petala omnia duabus striis do-  
tata.

VII. Geranium filipendulæ folio, vel  
triste Cornuti, radicem habet ex  
multis nodulis longis, Lili-aspho-  
deli punicei modo, conflata, co-  
lor petalorum est buxeus, singulaque  
gemina veluti acini macula pur-  
purascens, inficit, scribit Cor-  
nutus, & ex eo Morisonius: verum,  
nescio, quid sibi velit color buxeus?  
singula potius petala, intus maculâ  
per longitudinem atro-purpureâ  
sunt notata, eo modo, quô Lychnis  
lusitanica, roseâ est insignita: sta-  
mina præterea quinque lutea con-  
spiciuntur, reliquum latitudinis in-  
tus in petalis ex viridi sub-luteum  
apparet, subtus petala dilute-viridia  
conspiciuntur: Svavitas odoris est  
*ἀρρητος*, præsertim accedente  
Lunâ.

VIII, Restant adhuc, respectu florum,  
Geranium africanum, aquilegiæ,  
Cicu-

Cicutæ, & Coriandri folio, quæ for-  
san hac æstate venustate suâ oculos  
nostros demulcēbunt.

IX. Geranium africanum arbore-  
scens, Ibisci folio rotundo, Carlinæ  
odore, in nostris hortis adhuc est  
neophytum, ideo de ejus indole, no-  
bis nondum aliquid constat.

XCVIII.

Scythicam radicem esse, uti descri-  
bit G. à Turre p. 409, non sufficit  
pro glycyrrhiza, quoniam & aliæ  
radices, præter hanc, in Scythia  
crescunt.

CII.

Heliotropium pertinet ad  
plantas asperi-folias Raji, ob  
femina quaternaria, infidentia u-  
triculis quinquefidis (rectius  
quadri-fidis ex a vtopfiâ) & flo-  
res pentapetaloides.

Rajus p. 95. refert ad plantas asperi-  
folias, seminibus lævibus, non splen-  
den-



dentibus, floribus in spicis longis reflexis, foliis lanuginosis, quæ, quâ ratione inter se cohæreant? nescio, folia enim lanuginosa, & asperi-folia, contrariantur sibi, vide **Exempla!**

**CIX.**

P. 109. lin. 19. post deprehenditur, adde: ut & in Jasmino indico, bac-cifero, flore albo majore, noctu o-lente H. M. p. 99. 100. T. 4.

Pag. 110. l. 15. dele quatuor hæc verba: Semen habet nigrum triquetrum, de-ceptus enim sum æquivocatione vocabuli *Tsiampacca*.

II. Eadem arbor describitur accura-tius, quoad florem, & Semina in H. M. T. I. p. 31. 32, his verbis: fructus, qui spicatim, s. racematim crasso petiolo, medio viridi, ac tortuoso pedunculis crassis, & curtis circum-sident, sunt oblongo-rotundi, magis, minusve gibbosi, cortice crassiuscu-lo primum viridi, cum maturi, flavo

flavo-diluto-albicante, sapore acri, odore minus grati. Semina, quæ intus continentur, se invicem proxime sine ullo intersepimento contingunt, suntque uno latere rotundo, ad fructus formam accommodata, reliquis planis, tribus, quatuorvè, pro ratione contactus, constantque, cum matura, pulpâ tenui, humidâ, subluteâ, quæ membranâ incarnato-rubrâ est investita, intus osse grandiusculo nigro, sed sub hoc nigro ossiculo, granum sub-luteum, magnitudine acini (passulæ majoris præter propter) reperitur, quemadmodum ex semine, ab Excell. Dn. Herrmanno, nobis communicato, videre licuit 1685.

IV. Tres plantæ, Tsiampacæ nomine, hæctenus nobis innotuerunt, quarum (1.) est arbor indica Ulvaria, baccis in uvam congestis, floribus odoratissimis, de quâ hæctenus ex  
Bon.

Bontio, & Horto malabarico. (2.)  
 est Seña Javanica, Seminib9 nigris,  
 depressis, cordi-formibus, vel tri-  
 gonis, foliis & floribus amplissimis,  
 dicta quibusdam idiomate malai-  
 co, *Uxana*, & Kupan. vid. Charact.  
 Plant. p. 444. & hæc, non sine  
 errore, pro Tsiampacca Bontii,  
 nobis hæctenus fuit transmissa. (3.)  
 Althæ Javanicæ Species, quæ  
 pariter Tsiampaccæ nomen sibi  
 vindicavit, sed male: ideo hæc, &  
 alia, corrigenda, & notanda im-  
 posterum, nam duæ posteriores  
 improprie Tsiampaccæ nomen  
 obtinent, nisi forsan odoris iden-  
 titate, qui tamen in Uxanna (quan-  
 tum nobis constat) non reperitur;  
 potest etiam Tsiampaccæ nomen,  
 homonymum esse, quis enim lin-  
 gva Indicæ apud nos tam gnarus?  
 ut possit hæc accuratè discer-  
 nere.

Ad p. 118. lin. 4. 5. post Chamæ-  
 nerion,

nerion, adde: ob siliqvas, h. m.  
convenit cum Oleandro, vel lau-  
ru rosea, verum non lactescit,  
ideo divellenda ab eadem.

**CXXXIX.**

Pag. 120. lin. ult. post Seriem,  
adde, vel constant Siliculis bival-  
vibus, aut bicapsularibus H. O.  
p. 266.

**CXLV.**

Datur etiam Numularia arbor cey-  
lanica foliis mucronatis, lanugi-  
nosis, fructu ablongo-rotundo spa-  
diceo, instar nummi, vid. Bud. à  
Stapel pag. 336, quam amico no-  
stro, Pyladi belgico, debemus.

**CXLVI.**

Pag. 123. lin. 14. post alaba-  
strum, adde: & Lobelius ex-  
presse Nymphæam vocat pa-  
paver palustre p. m. 257.

Pag. 124. post, lin. 2. adde

III. è

III. E quibus liquet : nymphæam cum loto Theophrasti, ut & cum faba ægyptiacâ, vel colacasia, nihil habere commune, nisi forsan folia, quæ tamen nihil probant G. à Turre p. 553.

IV. Cur eadem dicatur Clavus Veneris ? vid. apud Ambrosin pag. 164.

### CLXXVII.

Raphanistrum est tetrapetalos, filiquis fungosis articulatis H. O. 265.

Dantur etiam Raphanistra monosperma, silicula fungosa H. G. 266.

Pag. 140 lin. 17. post Lobi, adde, vel filiquæ connotat H. O. 176.

### CLXXVI.

Scabiosa non est Stœbe Dioscoridis, ut vult G. à Turre p. 423, quia hæc papposum habet Semen, illa non.

B

CXC.

CXC.

Lin. 2. post Seminalis, adde,  
scutellatæ pag. 144. lin. 1. post,  
malvæ folio, adde, ut & Cassida  
americana Morissonii, Tertianaria-  
riæ similis, flore cæruleo minore  
H. B. 307. 384. 445, Ambrosin p.  
8. 140. Cornut p. 129.

Cassida americana Tertianariæ-simi-  
lis, habet Semen luteum, Cassida  
Fabii Columnæ, nigrum.

CXCI.

*Papilionacea*) nec aliquem turbent  
Morissonii verba H. O. p. 80. quan-  
do scribit: flores fert elegantes, in  
corymbis dispositos, siquidem his  
saltem modum florendi, non  
autem floris figuram, exprimere  
voluit.

CXCII.

CXCII.

Post octopetalos, adde, etiam  
decapetalos,

Pag. 145. lin. 12. 13. post reflexis, adde,  
vel est planta multi-filiqua, flori-  
bus hexapetalis propendentibus,  
è summis ramulis, petalis longis,  
purpurascens, striatis, api-  
cibus reflexis.

CCIV.

An eadem sit Stæbe Planta, cum  
Phlæo Theophrasti, & Plinii?  
vide operosum G. à Turre pag.  
457.

CCXV.

Verticillatæ Umbilicatæ sunt,  
quarum flores quidem sunt per  
verticillos dispositi, sed infident

B 2

pecu-

peculiaris Cotyledoni, vel umbilico. vid. Exempl. 431. 763. ad p. 157.

V. Ut umbelliferas plantas, respectu Seminis, exactè distingvere possis, evolve Tabulam Morissonii, Historiæ de Umbelliferis annexam, quæ cuilibet, 100. ducatis carior esse debet, ob accuratam Seminum umbelliferarum delineationem, quæ veteres multum exercuit, quoniam plerisque Autopsiam adspernati sunt, autoritates eidem subinde præferendo.

CURÆ





CURÆ SECUNDÆ

qvibus

E X E M P L A

Adaugenda, vel etiam  
exascianda sunt.

A.

21.

**A**

Chaovan-abiat.

( Prosp. Alpini de

Pl. Ægypt, p. 88. 89,

& Veslingii p. 30. ) non est arte-

misia alba, qvia nulla artemisia

abit in pappum, est magis Jaco-

beæ marinæ Species. G. à Turre

pag. 527.

28. Adamboë (H. M. T. 4. p.

45.) meritò malvas, vel altheas

B 3

arbo-

arboreas spectat, uti ex nota generica, floribus nimirum, fructibus, ac Seminibus, manifestum evadit, partes tamen accidentales, folia videlicet, inter se conveniunt, & dicatur Adamboë, althea Indica arborescens, flore purpureo spicato.

30. Agaty, juxta H. M. T. i. p. 95. est Galegæ - affinis, malabarica, arborescens, filiqvis majoribus articulatis, vel (juxta Breynium, & quidem rectius, nam Sesban non est Galega) est arbor Indiæ orientalis, Sesban-affinis. Prodr. p. 47.

37. Alcêa Pernambuccana, Carpini folio, flosculis minimis luteis, semine compresso, simplici rostro. vid. Malva annua de Pernambucco Zannonis.

38. Al-

38. Alcea Virginiana Carpini folio, flosculis luteis minimis, semine triangulari, duplici rostro, si aculeo prædita, annua.

Hæc cum Pernambuccana, in omnibus convenit, nisi quod Semina huic sint  $\Delta$ , minora, binis rostris, s. apiculis in summo prædita: Præternambuccana verò habet Semen compressum majus, unico rostro, s. apiculo longiore præditum. H. O. p. 528.

45. Alisma Matthioli, est Chrysanthemum latifolium.

Vox alisnatis est æquivoca. Ergo per se Tesseram nullam constituit.

101. Authora est aconitum H. B. p. 468, & p. 469.

An capræ silvestres in India, non prius Lapidem Bezoar generent, quam hanc plantam pastæ sint? uti habet G, à Turre p. 305. experientiæ,

B 4

non

non nudæ relationi committendum.

114. Apocynum vi nominis, nullam speciem determinat, est enim æquivocum, & à denominatione externâ, vel ab effectu, desumptum.

Nam, & in regno animali, ac minerali, danrur apocyna, vide, quæ narrat Plinius de Rubetarum sinistri lateris osiculo. vid. Cornut. p. 86. 87.

120. Arbor tristis de die altera, H. M. T. 4. p. 99. 100. est Jasminum Indicum bacciferum, flos albo majore, octopetalo, noctu olente, ideo Belgis dicitur, Nacht-Blumen. &c.

133. Asclepias est Apocynum.

Virtute solius nominis, nihil denotat quoad notam characteristicam, est enim desumptum hoc vocabulum ab autore, qui præcise tesseram non  
im.

imponit, vid. Ambrosin, p. 76. & G.  
à Turre p. 627.

142. Aster annuus Canadensis,  
est Conyza acris, alba, vel Erige-  
rum tale. H. B. p. 256. 257. Bocco  
p. 87. & Exempl. 371.

144. Post necessum est, adde,  
nisi forte intelligat asterem atti-  
cum, flore luteo, tunc salva res  
est.

147. Aster novæ Belgiae pani-  
culatus, & umbellatus, 1686.

148. Aster roseus est Chrysan-  
themum conyzoides lusitanicū,  
vulgo aster supinus minor Clusii,  
vide Breyh. Cent. 1. p. 157. 158.

158. Post Elleborus, adde,  
(nam Dodonæo audit Veratrum  
tertium Dioscoridis p. 387.)

B 5

B.

B.

178. **P** Ag. 195. post conformi-  
bus, adde, sunt enim Se-  
mina Banduræ tenuia,  
oblonga, palacea, rufa.

189. Béla. Módagam H. M. T. 4.  
p. 121. Belgis groot herts-  
tongh nuncupatur, quæ tamen appel-  
latio hujus arboris naturam  
vix exhaurit, alias dicitur Takka-  
da ceylanica.

199. Bilimbi H. M. T. 3. p. 55.  
fructus hujus arboris videntur  
habere similitudinem, cum Ca-  
rambolas, quam describit Bon-  
tius l. 4. c. 42. sub nomine Billing-  
bing.

200. Bistorta est pentapetala,  
semine triangulari splendente.  
Ergò ad Lapathum, H. O. 584.  
H. B. p. 454.

Bene

Bene judicat G. à Turre p. 687. Bif-  
tortam non esse Britannicā veterū,  
qvæ quidem etiam Lapathis adnu-  
meratur, sed intervenientibus aliis  
extrinsecis denominationibus, si ab  
intrinsecis recesseris. vide Britan-  
nica!

211. Bricourrues Candiaë, dici-  
tur myagruem monospermum  
latifolium, quod tamen, quia  
cum Myagro nihil habet com-  
mercii, rectius adnumeratur.  
Raphanistris monospermis, fili-  
culâ fungosâ H. O. p. 266.

Qvale sit hoc vocabulum Bricourrues,  
facile nemo hariolari poterit, vide-  
tur corruptum, & occurrit in Phy-  
topinace p. m. 173, acin. Prodr.  
Bansin p. 52.

220. Buphthalmum est à forma  
externâ, scil. oculo Bovis, sed ni-  
hil concludit. Ergo reducatur  
B 6 ad

ad Chrysanthemorum Classem!  
Dodon. p. 456.

**I.** Buphthalmum verum Matthioli, est Chrysanthemum radio brevior, luteo, reflexo ad Caules, disco, vel Umbone lato concolori.

**II.** Buphthalmum Narbonensium, Clusii p. 332, est Chrysanthemum, habens radiatos flores, anthemidi vulgari (quoad densitatem) similes, majores, medium orbem luteum cingentibus luteis foliis, plerumque nonnihil purpurascens, aut sub-rubentibus: verum, in illo Buphthalmo Narbonensium, quod à Cl. Breynio 1685, accepi, nihil erat purpuræ conspicuum, sed radius, & Umbo luteus, foliis tenuissimè iucisis, & dissectis.

**III.** Buphthalmum alpinum flore candido, vid, apud Triumphetti p. 79.

211, Bu.



221, Buplevrum ab effectu, vel formâ externâ, desumptum est, ideo nihil, determinat, siquidem Buplevrum latifolium Elaphobosco, & per consequentiam Umbelliferis accedit, angustifolium vero alpinum, Sedi Species est. H. O. d. Umb. p. 82. Ambrosin p. 118.

C.

I. Dicitur in communi Alsine repens (potius scandens) baccifera, sed nulla Alsine gerit baccas, ideò implicat hoc.

II. Est potius heteroclita, caulibus, iisque numerosis prædita, baccifera, minor, scandens, geniculis flexibilibus, humanam altitudinem superantibus, præsertim, si frutices, quos scandere possit, vicinos habeat, alioquin propter infirmitatem

B 7

tem

tem humi diffusis: folia singulis geniculis, s. Internodiis bina adnascuntur ex adverso sita, alfinis vulgaris majoris foliis colore, & figurâ similia, longe tamen majora, & molliora, flores ex cauliculis & folliculis prodeuntes, ex herbaceo candidi, sex petalis constant, ad medium bifidis, singulis floribus succedunt acini, s. uvæ, baccævè singulares, piperis nigri, aut baccarum Juniperi magnitudini, initio virides, per maturitatem nigræ, semine exiguo, & plano, nigro itidem, plenæ, &c.

III. Hyacinthus Ambrosinus p. 121. judicat hanc herbam, vi nominis, esse rejectaneâ, & vilem, ob nullû usum in medicina, quia sit herba mala, quod petit principium: etenim omnis herba inditam à creatore habet virtutem, atque energiam, hinc omnis insimul erit officinalis, Siquidem stulta est hæc

hæc dianæa, hæc herba non est officinalis. Ergo nullum habet usum; nam distinctio inter officinales, & non-officinales, est facti, non juris; sunt gerræ Pharmacopæorum! Sane si ( uti ex Plinio adducit Dalechampius in Hist. Lugd. p. 1429. ) Morfibus Serpentum, si strumis ( unde quoque strimum quidem Cacubalum appellant ) remedetur, non erit abjecta herba. &c.

233. Calendula est Chrysanthemum.

Argumenta, quæ G. à Turre p. 524. à foliis, & caule desumit, pro negativa, quod Calendula non sit Chrysanthemum, sunt nullius valoris.

234. Calendula africana. &c.

I. Duplicia gerit Semina, unum externe oblongum, nigrum, instar muscerdæ, alterum in Capsula seminali cordi formi, utrumque thecâ sper-

spermatice exemptum, est ejusdem coloris, magnitudinis & formæ, hinc (experientia teste) concludo: utrumque esse fertile: vel: calendula africana fert duplicis generis Semen, alia sunt compressa, membranacea, pene orbiculata, alia sunt teretia, superficie leviter granulata, vel incrispata, quæ Seminibus primi generis sunt interjecta.

II. Calendula nostras, triplex fert Semen, vel, est trispermos, veluti africana dispermos, cur natura ita fecerit? à Physicis determinandum.

244. Canna Indica africana minor.

Adde huic alteram ex Surinama flore coccineo fructu minimo.

Pag. 212.

V. Capsicum africanum minimum, quoad semen, & filiqvas, huc referatur! 1686.

254. Caraccalla est Phaseolus  
perennis, flore cochleato odora-  
tissimo.

I. Elegans, & rarissima hæc est planta,  
paucis abhinc annis ad nos trans-  
ferri cœpta.

II. Pro Caracalla, lege Caracol,  
(quod Lusitanis denotat Cochleam)  
ab florem, qui Cochleam Testæ e-  
xemtam repræsentat: integram  
hujus plantæ descriptionem, vide  
apud Triumphetti p. 93 - 96.

281. Cassida Fabii Columnæ  
Ecphr. p. 187 - 190. est Scutella-  
ria.

282. Cassida Teucris facie, est  
Scutellaria. H. B. p. 445.

285. Catanance Rauwolffii, est  
Plantago angustifolia Capitulis  
Lagopi. Pin. 189. Prodr. Bauhin.  
p. 98. est enim planta nervosa.

Variat:

Variat: modo paniculis Lagopi est,  
modo Capitulis albis, hirsutis, ro-  
tundis.

286. Cataputia, an Ricini mi-  
noris species? G. à Turre p. 315.  
317.

302. Chamæ-cistus aizoides  
africanus flore rubello. 1686.

313. Chamæ-leon niger, est  
Carduus, ob semen barbatum,  
& spinas, ergo rectè ad acana-  
ceas refertur, vid. G. à Turre p.  
299. 521.

I. Flores in radio habet superne xe-  
ranthemus, sicut Stœbe Salaman-  
tica, inferne subfuscus, caput etri-  
tali colore præditum.

II. Addatur huc Carlina purpurea  
polycephalos hortensis Breynii.

320. Chærefolium Italicum  
non est aconitum, non enim ha-  
bet filiqvas, sed modo semen ro-  
stratum.

Tota

Tota planra obtinet odorem ac Sa-  
porem , qvi est in Badiany Siberiæ,  
qvod non sine miraculo in horto  
deprehendes.

322. Cheru-chunda H.M. T. 2.  
p. 67. est Solanum spinosum indi-  
cum , Borruginis flore , fructu  
croceo, rotundo, minutissimo.

323. Chondrilla flore carneo,  
est hieracium apulum fætidium  
Columnæ, Ecphr. part. 2. p. 29.

30, 31.

I, Nota hic, qvod Chondrilla & hier-  
racium, virtute characteris, non dif-  
ferant , ideo posui hæc , ut dilucida-  
rem Fabium Columnam part. 1. p.  
31. 241 , qvi inter hieracium , &  
chondrillam distingvere voluit.

II. Etenim part. 2. p. 29. meminit hi-  
eracii fætidi folio tenuissimo , &  
part. 1. 241. adducit hieracium apu-  
lum , flore svave-rubente , odore fu-  
mi , ne B.L. confundatur, per Chon-  
dril.

drillam flore carneo, hieracium a-  
pulum, flore sive rubente, sub-  
intelligendum esse arbitramur, quia  
flores sunt ex albo rosei, herba odo-  
rem fumi præ se fert, & obscure la-  
tescit.

III. An vero hieracium fætidum folio  
tenuissimo Columnæ, sit hieracium  
foliis cichorii silvestris, villosis, odo-  
re Castorei? Magnoli, p. 129. nega-  
tur, ob discrepantes circumstan-  
tias.

327. Post Bellis, adde. apetala  
lutea. ad pag. 227. adde.

V. Kali africanum folio viridi, lon-  
gissimo, tereti, 1685. habebat in flore  
radium densissimum rutilo-purpu-  
reum, magnitudine Anemones, cum  
disco ochro-leuco, & circum circa  
globulis minutissimis ( quos fermè  
habet Catanance Rauwolffii ) cin-  
cto: contracto flore, exterius sub  
radio, striæ non-nihil albirantes  
erant



erant conspicuæ, ut merito mireris herbam tam humilem, & tam subtilem, tam elegantem, ac amplum, producere florem, cujus Icon in Cent. I. Breynii ad vivum expressa non est, quemadmodum a vtopfia eundem nobis demonstravit, nec folia omnium Chrysanthemorum aizoideorū (ut vocat Breynius) naturaliter expressa sunt, sed sculpturæ ab herbis exsiccatis, videntur desumptæ.

332. Chunda H. M. T. 2. 69. est Solanum africanum, spinosum, arborescens, nigricans, pomiferum, Venenatum, perenne, foliis profunde laciniatis.

I. Poma sunt unâ parte viridi, alterâ eburneo colore, flavo dilutum non vidi, nisi dicas, hæc poma apud nos non maturescere.

II. Si Venenatum, digestionem non juvabit, velut habet H. M. l. c.

349.

349. Clematis daphnoides, an,  
ratione lanuginis, sericeæ, & for-  
mæ Seminis, ad apocynum? N.  
vide Canonem Apocyni. Ruj. 146.  
Clus. Pl. rar. lib. 1. p. 123.

Pag. 233. adde.

III. Huic subjungatur Arum maxi-  
mum ceylanicum flore moschum  
redolente 1684. 1685.

359. Colus Jovis est horminū  
luteum, viscosum, Camphora-  
tum. Ambrosin. p. 169, ad dif-  
ferentiam Scarléæ, & hormini,  
Scutellariæ faciæ.

369. Centra-yerva, est species  
Anthoræ indicæ. Ambrosin. p.  
455. 456. G. à Turre p. 523.

371. Conyza thyrsoides com-  
muniter, non est Conyza. Ergo  
ad Erigerum! vel Senecionem,  
& dicatur: Erigerum cæruleum  
acre, reliqua enim Erigera lutea  
sunt, & insipida. Bocco p. 87.

I. Datur quoque Erigerum album,  
 acre, quod continetur supra, Exem-  
 plo 140, ubi debuisset melius expli-  
 cari: Aster annuus Canadensis, est  
 Conyza acris, alba, scilicet est planta  
 bipedalis, cujus folia sunt oblonga,  
 serrata in margine, villosa; flores  
 gerit ramatim in summis caulibus  
 albos, erigeri, s. Conyzæ (vulgariter  
 sic dictæ) acris, cæruleæ more, flo-  
 res decidui in pappum abeunt &c.  
 ob quæ criteria male vocatur aster  
 annuus, quia non habet florem stel-  
 latum, Ergo dicatur: Erigerum al-  
 bum, acre, annuum.

II. Recentiores vero (inter quos Ra-  
 jus) Conyzam ab Erigero dirimunt  
 ita: ut Illa sit flore radiato. hoc non  
 radiato. ita enim p. 75. refert cony-  
 zam ad plantas radiatas, & pag. 76.  
 Senecionem, ad non radiatas; verū  
 videtur contrariari avtopsiæ, ergo  
 aliud discrimen adducatur inter Co-  
 nyzam, & Erigerum, quoniam Co-  
 nyza

nyza habet florem discoidem nudum, non secus ac Erigerum, & sic rejicienda opinio Raji.

III. Ita quoque male à sapore, colore juxta communem, dirimitur Conyza ab Erigero vel Senecione, nam hæ, vel aliæ qualitates, tesseram naturalem, nec constituunt, nec immutant. Ergo contineatur Conyza sub Erigero!

390. Crista Pavonis Breynii, est Colutea indica platycarpus flore pavonino Br. Pr. p. 35.

394. Crotalaria indica Kumpfi, est Genista platyphyllos indica, siliquis bullatis, floribus amplis luteis.

I. Crotalaria dicitur, quia Caulis, cui siliquæ maturæ adhærent, manibus tractatus, Sonitum edit, quo pueri in India delectantur, hinc caules cum siliquis dantur Ludentibus pueris in manus, crepitaculi loco

loco

loco, quo sensu jam Plinius l. 10. c. 35. Crotalia nominat Margaritas collisu sonantes, & ex Athenæo Budæus à Stapel p. 659. narcissum in genere, Crotalum vocat, quod caulis, manibus conrectatus, Sonum quendam edat. videatur liber Eberhardi Rumphii, antehac Idiomate belgico conscriptus de Plantis, quæ in Moluccis insulis, & præcipuè in Amboja, proveniunt; uno verbo: Crotalaria est à denominatione extrinseca, ergo nihil, vel parum nos juvabit.

II. Præter hanc, in exemplo 394. descriptam, dantur adhuc aliæ Species Crotalariae, quæ nobis innotuerunt hæctenus (1.) Crotalaria arbor africana styracis folio, molli incano, s. cæruleo, l. Genista arborelscens africana, styracis folio, ex Prom. C. B. S. Breyn. Prodr. p. 36. (2.) Crotalaria asiatica, frutescens trifolia, floribus luteis amplis, vel

C

L29

Laburnum Ceylanicum, floribus  
ex luteo & rubro variegatis, filis  
qvis bullatis. Breyn. Pr. 40. est  
Cytisus Ceylanicus, folio laburni.  
(3.) Crotalaria asiatica, arbore-  
scens, floribus pallide cœruleis,  
amplis, folio singulari. (4.) Cro-  
talaria americana herbacea, sagit-  
talis, floribus pallide flavescenti-  
bus, parvis, &c. (5.) Crotalaria  
americana minor, respectu semi-  
nis &c.

397. Adde.

I. Crupinæ vox ad Thesseram nihil  
conducit: dicitur enim Belgis à  
vocabulo *cruppen*, id est, repere,  
quia Semen manu contrectatū, sese  
subducit, ac prorepit. Dalechamp.  
in H. L. p. 567.

II. *Ciliare* dicitur, ob pilorum pha-  
langosin, quæ Ciliorum instar, se-  
mini adhærent, quod affatim decla-  
rat avtophia.

405. Curcuma à Bontio p. 116.  
de

descripta, habet genuinam iconem Cannæ indicæ, quæ sæpius, eo loco, ubi sata est, Curcuma, solet enasci, quod forsitan fefellit Bontium: aut si contulisset radices Cannæ, cum Bulbis Curcumæ, mentem mutasset: accepimus hoc vere, duos Curcumæ bulbulos, expectantes, quæ ratione cum Climate nostro concordabunt.

410. Cynoglossum marinum folio glauco, flore cæruleo Parkinson. 1685. 1686.

411. Cynops Theophrasti, est Psyllium, sed non constituit characterem, cynops enim denotat oculum canis, quod in se nihil.

C 2

D.

D.

423. **D**Audan Indorum, est  
Flos D. Thomæ.

431. Dictamnus creticus spu-  
rius, pertinet ad verticillatas  
umbilicatas, ut & Dictamus ex  
Cerigo.

449. Dulcamara est Solanum  
scandens.

Georg. à Turre p 206. saltem de vir-  
tute hujus plantæ cathartica, nihil  
vero de natura ejus, disserit.

E,

468. **E**Phemerum Matthioli,  
Blattariæ videtur affinis,  
ob vasculum bicapsulare. H. O.

491.

469 Ephemereum spurium ad  
Lysimachiam luteam majorem,

qvæ



qvæ Plattaria affinis, H. B. 38. H.  
O. 491.

I. Tò ephemerum, in se nullam her-  
bæ Speciem connotat, sed solum  
adjunctum, a florum vitâ diariâ  
desumptum, qvæ in Convolvulis,  
Colchico communiter, Mirabili  
Peruviana, althea montis olbiæ,  
alcea cap. B. Sp. in Bupariti, &c.  
est conspicua, citra tesseræ natu-  
ralis harmoniam.

II. Nunc, postquam ex hac Voce  
Dioscorides, vel ejus commenta-  
tores, fecerunt peculiarem her-  
bam, litigant inter se, sed nullus  
tangit rem acu, ut taceam voca-  
buli æquivocationem! vid. Lobel.  
p. 53. 54. & Column, part. 1. p. 158.  
qui pro Ephemero Dioscoridis  
substituit Digitalem. Pinax p. 243.  
244.

476. Epithymum est Cuscu-  
ta, Thymo adnata, contra affa-  
nias

C 3

nias

nias quas G. à Turre de Epithy-  
mo affert p. 271.

489. Adde.

Negat G. à Turre (1.) esulam esse Ti-  
thymalum p. 241. Sed nullam af-  
fert rationem. (2.) Pityusam Dio-  
scoridis, quod attinet, ad quam  
Esulam referre intendit, hoc ipso  
liquet (3.) quod Dioscoridem  
nunquam evolverit, quippe qui  
(4.) Pityusan Tithymalorum ge-  
neri annumerat, imò (5.) quoniam  
nullibi in suis operibus agit de  
Esula, colligo rationabiliter, Pi-  
tyusan Dioscoridis, esse esulam  
officinarum, nam (6.) esula vul-  
garis major, & quinta Tragi folia  
habent pityos, id est, pini, quod  
etiam (7.) prædicat Dioscorides  
de Pityusa l. 4. c. 166. hinc (8.) Idi-  
otæ, jam Dioscoridis tempore ex  
adjuncto (*pityos*) constituerunt pe-  
culiarem plantæ speciem, videl. Pi-  
tyusam, non secus atque alibi ἐν τῆς

λόγχης,

λόγχης, productus fuit S. Lonchini-  
 nus: vel etiam (9.) Esula ita voca-  
 tur; quoniam in Pittetis copiose  
 crescit. Ambrosin p. 219. ut (10.)  
 taceam æquivocationem Pityusæ,  
 nam alia dicitur, esse Dioscoridis,  
 alia Actuarii, quis decidet? accedit  
 (11.) quod ipse Lobelius p. 161. Esu-  
 lam raram in Lio Venetorum ins-  
 ula proveniente, annumeret.  
 Tithymalo paratio: videatur stru-  
 ctura Seminis esularum in genere!

490. Esula indica hortorum  
 nostrorum est Apocynum sy-  
 riacum Cornuti p. 90.

Quia Semen hic locorum nunquam  
 provenit, ideo vulgares à succo la-  
 cteo decepti, appellarunt Esulam,  
 quæ consequentia non procedit:  
 non enim omnis planta succum la-  
 cteum fundens, est Esula, omnis qui-  
 dem Esula hoc facit, sed non vice  
 versa!

C 4

F.

F.

495. **F** Abainversa est Tele-  
ptium, quia radices  
timiles sunt fabis

Ambrosin p. 523. Laburnum  
etiam sic dicitur, vid. Tabernæ-  
montanus!

496. Post pentapealo, adde,  
purpureo, ex ochro-levco.

Fag. 265, adde:

II. Præter descriptam ficum, datur et-  
iam alia ex africa, folio ensi-for-  
mi. 1686.

504. Flammula Jovis, est Cle-  
natis urens, G. à Turre p. 702.

509. Flos Clitoridis Terna-  
tensium, est Phaseolus indicus,  
Glycyrrhizæ folio, flore cæru-  
leo amplo. Breyn. Pr. p. 43.

520. Fraxinella ad aconitum  
referenda H. B. p. 381, 382.

Malè

Malè vocatur Ambrosino sic', quod habeat folia fraxini, nam avtophia refutat illum.

522. Fritillaria crassa C. B. S. Budæi à Stapel p. 335. ( Soldana dicitur à loco, & videtur Denti-  
liariæ Species ) foliorum vice, habent excrescentias digiti lon-  
gitudine, & crassitie succulentâ, angulis rupium instar præru-  
ptis, circumqvaqve eminenti-  
bus, & in aculeum definentibus, folia hæc in summo ad livorem  
purpureum vergunt, inferius vi-  
ridia, quibus flos adnascitur,  
quinque constans foliis tenaci-  
bus, in extremitatibus acumina-  
tis, quæ corollam in medio posi-  
tam cingunt, quâqve illam attin-  
gunt, lata sunt, & orbiculato  
margine in acumen vergunt,  
corolla protuberat, intusque

concauum habet, cui alter quasi  
 flosculus infidet, constans quin-  
 que mucronatis foliolis, in ex-  
 tremitatibus fuscis, cætera lu-  
 teis, staminibus aliquot, in cen-  
 tro phoeniceis; color floris ex-  
 ternus sordidus, purpureus est,  
 intus fundus luteus, maculis  
 fuscis undique conspergitur,  
 tam in foliis, quam in Corolla,  
 quo flos foliis nectitur, striis  
 purpureis distinguitur, vix se-  
 mi digiti longitudinem habens,  
 folia, parvâ appendice, radici  
 tuberosæ candidæ cohærent:  
 planta plane inodora est, nasci-  
 tur locis montanis, arenosis, ha-  
 etenus Stapelius!

I. Sed, si fructificationem fuerimus  
 contuiti, nec fritillaria, nec den-  
 tillaria, nec Viperina Tesseram  
 largietur, ideo planta hæc pere-  
 grina,

grina, magis erit nominanda; Apocynum africanum, humile, denticulatum, aphyllum, aizooides.

II. Fert enim siliqvas gemellas, erectas, in quibus Semen compressum, membranaceum, orbiculatum, cum candidâ sericeâ in summo lanugine.

III. Accedit Sapor acris, amarus, ingratus, nauseabundus, virosus, & lac aquosum, viscidum, dilutum, quod ex rupta planta destillat: è quibus liquet, falsum esse, quod sit in odora, En! sic scrutemur Plantarum naturas, necessum est!

IV. Germen accepi ab Excell. Dno Hermaño, Semen autem ex Horto Nobilissimi Dni, Philippi de Fli- nes 1685. 1686.

V. Budæo à Stapel imposuerunt maculæ floris viperinæ, ut pro fritillaria haberet hæctenus, sed color solus male-fidus herbarum testis est.

VI. Debuisset hoc in negotio, præter semen conferre radices fritillariæ, & apocyni, quæ facile rem declarassent; at in Exoticorum cognitione, cuilibet debetur venia, nam interdum, nescio quæ, similitudo, vel *πρόκειμα, καὶ πρόσκλισις* quædam, nos seducit.

G.

523. **G**aidaro-Thymus Alpini, nihil cum Thymo participat, nec cum Stachy, ideo remittatur ad frutices sui generis, Prosp. Alpini Exot. p. 87.

524. Vcl: I. Galega hexaphyllos est Sopheræ adjungenda, ob florum, & siliquarum convenientiam, utriusque flores sunt pentapetali lutei, staminibus corniculatis, recurvis, siliquæ bivalves, & quasi isthmo interceptæ.

II. Hinc



II. Hinc Excell. Hermanno Sophera  
& Galega hexaphyllos, sunt Spe-  
cies legitimæ Sennæ, cui flos est lu-  
teus pentapetalos, staminibus cor-  
niculatis, deinde ob filiqvas arti-  
culatas, denique ob foliorum vim  
catharticam.

554.

Contra G. à Turre p. 222, omnino ab-  
furdum est, Gratiolam esse Centau-  
rii minoris speciem, quia hæ plan-  
tæ nihil habent inter se commune.

555. Gratiola latifolia Gerhardi, est  
Scutellaria H. B. p. 384.

H.

557. Halimus marinus est atriplex  
H. B. 471. Colum p. 63. H. O.  
p. 607. 708.

Hobius van der Vorm in Tr. de Sou-  
tenelle Amstelodami 1661. impres-  
so, negat halimum esse atripli-  
cem, sed sine fundamento, debuis-  
set inspicere Semen.

569. Helenium Canadense,

C 7

præ-

præaltum Jonqvetti, Vosacan  
dictum, est Chrysanthemum  
Canadense, bidens, alato caule.  
H. B. p. 253. 254.

Flores in Cimis caulium corymba-  
tim fert luteos, Umbonem luteum  
cingentes, valde exiguos, pro ma-  
gnitudine plantæ, vix Calendulæ  
flores æquat, quibus fatifcentibus,  
succedunt semina subrotunda,  
compressa binis aculeis in parte su-  
periore seminis prædita.

571. Heliotropium minus pa-  
lustre, vid. Scorpicides tertium  
Dodonæ.

572. Heliotropiū majus Dio-  
scoridis, est herba Canceri, &c.

I. Vox heliotropii ad naturam hujus  
plantæ cognoscendam, nihil facit,  
est enim æquivoca, & à denomina-  
tione extrinseca desumta, idem  
judica, de Scorpiuro, de verruca-  
ria, &c.

II. Di.

II. Discrepantia est quoad folia : etenim Rajus inscribit Tab. XVIII. de asperi foliis, & p. 95, tribuit eidem folia lanuginosa: Cæsalpinus p. 438. candicantia, rugosa, & in rotunditate parum oblonga, Verum, neuter rem acu tangit, sunt magis folia Calumenthæ, supra viridia & mollia, subtus nervosa.

III. Flores fert pentapetalos, albos, in Caulibus reflexis, ad similitudinem caudæ Scorpionis, non monopetalos, contra Rajum, in Tab. XVIII, nec apetalos contra Cæsalpin. p. 438.

IV. Pericarpium habet Verrucosum (hinc verrucaria dicitur, Pinax 253.) & tetragonum, in singulis verrucis femina quaterna exigua continentur, cadunt proin affaniæ, quos protulit Ambrosin. p. 268.

587. H. O. p. 95. 101. 198, 209.  
adde :

I. Breynius ob pudorem, quem contactu

tactu quasi produnt, vocat Æschy-  
nomenen, & recenset quinque Spe-  
cies mitium, id est, non Spino-  
sarum, Sex v. Spinosarum, quem,  
vide, sis!

II. Datur etiam quædam ex Surinama,  
quæ dicitur maxime sensata, id  
est, ubi non solum folia, sed etiam  
caules, sese contrahunt, instar Ci-  
conia à Crotalo cessantis, anomas-  
lia æstatis præteritæ hanc adole-  
scere passa non fuit.

589. Herba terribilis, est Aly-  
pum montis Ceti, vide Lobel. p.  
158.

591. Helperis africana Lini  
flore cæruleo 1685.

592. Hieracium fætidum ter-  
tium Columnæ part. 2. p, 31, est  
Deus Leonis tenuissimo folio,  
vid. Ambrosin p. 281.

603. Hyacinthus africanus,  
radice tuberosa, & fusi-formi,  
flori-

floribus cæruleis, in Umbellam  
congestis. 1685.

610. Adde.

I. Infelicitè, & contra fundamenta  
græca, deducitur Hyoseris Ambro-  
fino,  $\lambda\pi\omicron \xi \eta\omega\textcircled{C}$ , q. d. Cichorium  
matutinum, vel in aurora florens, p.  
280, ast cur scribitur per  $\upsilon$ , & non  
per  $\eta$ ? ideo rectius  $\lambda\pi\omicron \xi \upsilon\omicron\varsigma$  quo-  
niam porci rostro suo hanc radi-  
cem, vel herbam evellunt, Ambrosi-  
no teste p. 470, hinc etiam Dale-  
champio Hypochoæris, & vulgo  
percellaria, audit, nam porci illam  
avidissime appetunt. Ambrosin.  
p. 159.

II. Est præterea æquivorum, tribuitur  
enim Taraxico, & Cichorio, quæ  
tamen tesserâ essentiali differunt,  
nam Cichorium non pa pperescit.

614. Hyssopus est galeata H.  
B. 380. 381. G. à Turre p. 597.

I. Vide Hyacinth. Ambrosinum, qui  
scri-

scribit p. 469, Rorem-marinum,  
Coronarium, fuisse hyssopum Ebræ-  
orum, qui crescit ex pariete, & quo  
usi sunt in sacrificiis, quod, an ve-  
rum? vid. in Montalbano, p. 47. &  
Colum, part. 1. c. 14.

II. Similitudinem, quæ inter hyssopum & Rorem-marinum coronarium intercedere dicitur, vide gratis apud Ambrosin. 1. c.

I.

637. **I**RIS uvaria Stapelii p. 335.  
est aloë africana, folio tri-  
quetro, fætida.

I. Florem habet coloris phænicei, qui  
uvulis deorsum dependentibus, Ca-  
pitelli, vel Cunei formam habet,  
caulis bicubitalis, rotundus, colo-  
ris fusci, folia longa, digitum lata,  
utroque latere acuta, gladioli for-  
mâ, flos fætidi odoris est, nascitur  
locis paludosis.

639.

639. *Ifchas Dioscoridis*, est  
*esula radice tuberosa*, ex *Lio*  
*venetorum Insulá*, *Lobellii*. vid.  
*Clusium* p. 190.

Dicitur ita : quoniam radix *iqáda*  
 refert, id est, *Caricam*, vel *ficum ari-*  
*dam*. *Dodon*. *Ambrosii* 301. *Dio-*  
*scorid*. p. m. 315.

I.

647. **L** *Actaria Breynii* africa-  
 na, *Pini-fructuum* fa-  
 cie, est *Tithymulus a-*  
*fricanus conum ferens*. vid.  
*Prodr* p. 44.

Crescit circa montem *Patibuli*, in  
 promotorio *C. B. S.* flores habens  
 tetrapetalos, luteos, semina terna, in  
 vasculis parvis trigonis, more con-  
 generum.

667. *Lauro-Serratae odoratae*  
*Stapelianae*-similis, inodora, ex  
 Prodr

Promontorio C. B. S. p. 333. ex  
Br. Pr. p. 42 est Evonymus afri-  
cana, perpetuo florens, ac vi-  
rens, fructu hispido, glabro, vid.  
Steerbeck de citri cultura p. 246.  
248.

669. p. 304. adde.

III. Præter Leonurum africanum, da-  
tur etiam americanus, qui differunt  
ita: ut hic sit floribus, & seminibus  
brevioribus, foliis amplis, rotun-  
dis, sub incanis, ad Mentham Cat-  
tariam accedentibus, radice annua;  
ille vero floribus & seminibus lon-  
gissimis, folio Cannabis, vel potius  
Sideritidis, radice perenni, &c.

696. Liliū Cartaginense  
1685.

698. Post cæruleis, adde,  
xeranthemis umbilicatis.

698. p. 310.

IV. Folia in Limonio Rauwolffii in-  
super, sunt trigonoloba, (idem in  
Jacea



Jacea cretica, spinosa, purpurea.  
Zannonis observabis ) quemadmo-  
dum siliqvæ in Sandalida cretica,  
sunt tetragonolobæ.

727. Lychnis africana Pseudo-  
melanthii flore 1685, est Lych-  
nis foliis glabris, calyce duriore  
Bocconis p. 27, ideo pro diver-  
fis speciebus haud reputandæ.

728. Lychnis Myrtifolia fru-  
tescens 1686.

748. Post filiqvifera, adde.,  
non spinosa, post arbiculato, ad-  
de, compresso.

761. Melianthus africanus  
quid? est planta heteroclita, fo-  
lius pimpinellæ fætidæ, spicatæ,  
arborefcentis, flore tetrapetalo,  
ex nigro purpurafcente, con-  
stans semine rotond oblongo,  
instar Pæoni, sed non nihil mi-  
nore, nigricante, lucido, capsu-  
la

laest avellanæ magnitudine, alata, membranacea, ter-quater-quinque-partita.

In flore hujus plantæ, reperitur mel dulcissimum, quod ab Hottentotis & Belgis in Prom. C. B. S. habitantibus avidissimè expetitur, vulgo die Capische-Honigs-Blumē 1685.  
II. Præterita æstate, mellis guttulam vel grana duo reperi in Cerinthe, quæ florem habet Meliantho africano longè breviorē, & angustiorē.

763. Post Pseudo dictamnus, adde vel Cotyledonibus.

Ergò hic novus emergit Canon, scil. plantarum verticillatarum Umbilicatarum, de quibus jam supra!

765. Adde:

II. Nihil habet familiare cum Anagallide, nec hæc cum illâ, id est, Melochiâ, contra G, à Turre p. 533.

534.

767.

767.

Ergo male agitur seorsim de Mercuriali p. 205, & de Cynocrambe p. 303. apud G. à Turre.

772. Miliū Soler, vide Lithospermum,

Male dicitur miliū Solis, vid. Ambrosin p. 528. & Bruno in Pseudodoxia epidemica p. 547. rectius arabi- ce Soler, scil. à monte, in quo col- ligebatur olim G. à Turre p. 466.

779. Moly pefaurense, album, angustifolium, parvum, caule triangulo 1684.

783. Moro-Ficus Lugdunen- sium, est Sycomorus, id est, ficus, folio mori,

Præbuit hæc arbor Zachæo, qui Chri- stum videndi erat cupidus, sugge- stum, cum enim Staturâ pusillus es- set, in sycomorum ( *συκομορῶν* Luc. XIX. 4.) se subduxit, velut procul à Sordidis, ac caducis rebus,

ut

ut illi Jetus esset conspicuus: sic  
 ut in Zacheo sit typus expressus  
 gentium, quibus factus est aditus in  
 cærum, confessumque fidelium, per  
 fidem in Christum. Levin. Lemn.  
 H. B. explicat c. 35 p. 82. 83.

787. Moxa sinensis dicitur  
 à J. B. à Gehema à Clarissimo  
 Breynio in horto suo excultam  
 fuisse, verum citra certitudi-  
 nem.

I. Duplex datur Moxa, Sinensis, &  
 Belgica, illa quid sit, nescitur adhuc,  
 hæc vero est nihil aliud, quam to-  
 mentum ex floribus artemisiæ, col-  
 lectum, inter quod interdum arte-  
 misiæ semina abscondita sunt, ex  
 litteris Dn. D. Herrmanno d. an. 1682.

II. Quid si illud Gehemæ exhibitum,  
 pro Moxa, fuisset Apocynorū lanugo  
 sericea? vel lanugo Gossampini  
 Plinii?

789. Myrtus foliis Roris-ma-  
 rini 1685.

N.

N.

803.

Floruit hic 1684. singulari florum gratiâ, & odore, qvi Hyacinthi tuberosi, longe superavit.

813. Neli-Pouli H. M. T. 3. p. 57. est Bilimbi minor.

814. Nerium in se nihil certi connotat, nam est desumptum à denominatione extrinseca, videl. ab inventoribus, forte Neireidibus. Ambrosin. p. 337.

815. Nil Avicennæ, nil, vel potius, nir, arabibus est color cæruleus, qvi Lusitanis tam anir, qvã anil, dicitur vid. Indigo, vel Indica, est Polygala indica frutescens. H. O. 202. 286. & 287.

O.

829. Oleander, vel Nerium Indicum, angustifoliam, flore  
 D incar-

incarnato, odorato, vel habens  
odorem florum mali perficæ.  
1685.

839. Oleander Indicus, flore  
pleno, magnitudine Rosæ mo-  
schatæ, est colore aliquando pal-  
lide rubente, & intense rubente,  
vel ex rubro, & albo variegato,  
odore gratissimo 1685.

P.

864. Palifadenbaum, quid? est  
palma americana è qua fiunt pa-  
li obsidionales, vel bellici, 1686.

866. Panax, nullum, vi vocis,  
meretur, characterem, est enim  
æqvivocum, & ab effectu deno-  
minatum. vid. Ambrosin p. 405.

406. G. à Turre p. 251.

871. Panja, Panjala H. M. T. 3.  
p. 59, est Gossampinus Plinii, vel  
arbor lanigera Bontii, qui lib. 6.

£. 14.

C. 14. ei tribuit flotes rubi-  
cundos, sed male, sunt enim can-  
didissimi, deinde ex Icone Bon-  
tii, nec arbor, nec fructus dijudi-  
cabitur à qvôpiam, ergo icon  
Horti Malabarici præstat! imò  
fructus ipse (qvem cum folli-  
culo debemus acutissimo Her-  
manno) avtopsiæ adminiculo,  
litem dimovet omnem.

881.

Hinc nihil probat G. à Turre p. 653,  
quando scribit: Matricariam esse  
parthenium, sunt enim unum, &  
idem, nam parthenium est qvov  
quoque Matricana,

882.

Wenn man diese Frucht isset / drey  
Tage vorhero / ehe sie reiff wird /  
so ziehet sie einem das Gesichte  
auff die Seite / welches wunder-  
lich anzusehen.

888. Peê-vetti H. M. T. 4. p. 113.

D 2

CUM

cum Solano antiquorum Alpini  
 p. 71. quoad notam genericam  
 quidem convenit, sed differt flo-  
 ribus, & Baccis, quod auctoria  
 facile componit, potius Peë-  
 vetti, congruit cum Solano ve-  
 ficario verticillato americano,  
 caule quadrangulo, folio Daturæ.  
 Rechus in Hist. Mexic. p. 295.  
 Pifo 213.

893.

Male tribuitur Matris-sylvæ nomen  
 Periclymeno, à G. Turre p. 655,  
 siquidem est æquivocum.

894.

I. Georg. à Turre p. 227. scribit: Peri-  
 plocam non esse asclepiadem, sed  
 Apocynum, ubi nota: Apocynum  
 & Asclepiadem, vi characteris, esse  
 unum, & idem. Ergo hæc non sunt  
 opposita vid. G. à Turre p. 627.

II. Deinde, nec Periploca est Apo-  
 cynum, quoniam, licet lactescat,  
 desti-



destituitur tamen potissimâ fructu-  
 cadis parte, scil. siliqvâ, quam ha-  
 bent omnia apocyna; exemplô  
 asclepiadis utriusque, exemplô A-  
 pocyni Canadensis Bocconis p. 35.  
 exemplo Syriaci majoris erecti  
 Cornuti p. 90. 91. exemplô ame-  
 ricani folio androsæmi Dodart.  
 H. O. 581. & denique exemplo a-  
 pocyni africani, aphylli ex Pro-  
 montorio C. B. S. Ergo assertio G.  
 à Turre, est nulla! vid, etiam Cor-  
 nut. c. 36.

899. Pes Tygridis, est Con-  
 volvulus ceylanicus heptaphyl-  
 los, hirsutus, floribus conglome-  
 ratis, candidis.

890.

I. Ante folia ) perpetuum hoc non  
 est: nam in petasitide africana  
 calthæ palustris folio, folia primû  
 prodeunt, subsequantibus floribus  
 purpurascens in thyrsis. col-  
 lectis.

D 3

II. Ob.

**II.** Obj. scripsisti p. 52. , naturam non variare in productione Simpli-  
cium, ast lin. p. 345, variat, dum in Petasitide africana prius folia pro-  
ducit, quam in nostrate. Resp. (1.) negando, me scripsisse, quod natura non variet : Sed (2.) hoc dixi, na-  
turam non variare finem, vel essen-  
tiam fructificationis, jam vero fo-  
lia non sunt de essentia finis, vel fructificationis (3.) intelligendum hoc quoque est, de natura non im-  
pedita, optima enim intendit sem-  
per, impedita si fuerit producuntur monstra æque in regno vegetabili, atque animali. Ergo salvum est, naturam variare finem nunquam, sufficit, quod Petasites africana c. europæa, in semine conveniat, nullo habito respectu ad folia, vel odorem, colorem, aut reliquas qua-  
litates, quæ possunt etiam esse eadē, in diversi generis plantis.

**III.** Ipsa natura non vult teneri, ad

qua-

qualitates, v. g. odorem, colorem, Saporem exemplo Indici oleandri, qui differt colore florum incarnato, & odore florum mali persicæ, ab europeo, alias noster non esset oleander, quia caret qualitatibus Indici; interdum demit, interdum addit qualitates, manente tamen caractere essentiali e. g. in altera forte oleandri Indici, flos est plenus, magnitudine rosæ moschatae, odor gratissimus, color floris interdum pallide rubens, interdum intense rubens, vel ex rubro & albo variegatus; interdum conjungit diversas, v. g. in foliis Coriandri, est fætor Cimicum, in semine summa fragrantia: in meliantho africano folia habent fætorem pimpinellæ africanæ spicatae arborecentis, flores non item! &c.

918.

Hujus folia ( primâ facie ) agrimoniae foliis quam proxime accedunt,

D 4

aspe

aspera, villosa sunt, rhachidi, s. nervo medio ( aliarum Pimpinellarum more ) adsærent, uno extremum, claudente, gratissimum contractata spirant odorem, caules pedales habet, in horum cymis proveniunt spicæ glomeratæ, seminibus striatis (gratissimi odoris) onustæ.

919. Pimpinella africana spicata, foetida arborescens, 1685.

926. Pisum indicum coccineum hilo nigro notatum, vid. Abrus Apini.

927. Pisum spontaneum, nanum, inter triticum, flore pallido, fructu viciæ Morison. H. B. p. 47. 48. est pisum vulgare, album, parvum, s. arvense J. Bauhini.

Hoc apud Batavos 1685. floruit purpureo flore, semine incarnato, rotundo.

929.

929. Pæonia est aconitum H.  
B. p. 408. 453. ita quidem senti-  
endum, ex mente Morisonii: est  
Pæonia habet filiquas carnosas,  
per maturitatem coriaceas, hir-  
futas, similes amygdalis, nuca-  
mentis adhuc inclusis, quod non  
dici potest de filiquâ aconiti. Er-  
go aliorum referenda!

940. Lin. post Dodart. p. 115, adde:  
Sa racine est semblable à celle du  
Sean de Salomon vulgaire, qui ne  
differe de cette plante, qu'un ce  
qu'elle a ses tiges striées, les feuil-  
les plus grandes, & plus fermes, ses  
fleurs plus longues & plus grosses,  
& qu'elles sont doubles, & d'une  
odeur assez semblable à celle de l'  
Espine blanche.

Cette Plante peut venir au Soleil, mais  
elle y passe plutôt qu'à l'ombre.  
Elle est vivace. &c.

948. Ponnâm-Tägera, est Spe-  
D 5 cies

cies Sopheræ Indiæ orientalis.  
Br. in Pr. p. 51.

951. Prassium nullam speciem  
constituit, sed colorem viridem,  
aut porri, denotat in Marrhu-  
bio, qui tamen viridis color, nec  
albo, nec nigro ( Ballotte ) inest,  
nisi κατ' ἀντίφρασιν, ita sunt hæc-  
enus philosophati!

953.

Forsan ita dicitur, propter Pericarpium  
plicas, welche aussehen, wie  
eine kleine Priester-krause.

955. p. 365.

II. Spectat proinde ad galeatas. verticil-  
latas (1.) ob semina aspera, terna,  
in capsulis quadri-fidis apertis. (2.)  
Ob florum dispositionem verticil-  
latam.

965. Punna H. M. T. 4. p. 79.  
est Mali species resinosa, vix dis-  
similis ei, quæ fundit gummi got-  
tæ,

tæ, ut habet Zannoni, sed diffimilitudo est in Seminibus, quæ, velim, conferas!

966. Post albo, adde, in infernâ parte purpureo, velut in Calendula africana, G. à Turre p. 696.

R.

1008. Rhus, vel Sumach, est frutex seminibus nudis, foliis pinnatis, floribus racematim congestis, granis orbiculatis, lenticulæ modo, compressis, lætescens, Rajus p. 50. G. à Turre p. 584.

1013.

Errat ideo graviter G. à Turre p. 532. qui rorem marinum coronarium putat esse Speciem, Libanotidis, quæ umbellifera est; Si ad odorem recurrit olibani, qui Rori marino dicitur inesse, nihil efficit, siquidem.

D 6

odor

odor simpliciter nihil testatur de  
Symbolo naturali.

1014. Post perfectus cistus, ad-  
de, foliis Rorismarini, Ambrosin  
p. 469.

S,

1028. Sanamunda I. Clusii est  
Thymelæa foliis Chamæ-leæ  
minoribus, sub hirsutis.

1029 Sanamunda II. Clusii, est  
Thymelæa foliis Kali, talsis, la-  
nuginosis.

1030. Sanamunda III. Clusii, est  
Thymelæa tomentosa, foliis sedi  
minoris.

1031. Sandalida est lotus tetra-  
gonolobus. &c.

I. Fert flores viciæ quoad figuram,  
æmulos, sed majores, qui colore ad  
Sericum villosum, seu holoseri-  
cum plane coccineum, vulgo *Satis*  
*num* dictum, provocantes, acce-  
dunt,



dunt, singulis flosculis deciduis, singulæ, longiusculæ, biunciales, & longiores aliquando siliquæ succedunt, bis binis alis membranaceis, satis prominentibus, undulatis, s. crispis (dum adhuc sunt virides) cinctæ, & quasi Sagittarum plumis, s. pennis appositis, quatuor donatæ, quibus resiccatis, Lobi, s. siliquæ quadrangulæ apparent exterius, quæque tamen interius grana s. semina continent plurima, rotunda, cinericei coloris, pisco minora  
H. O. 176.

II. Huc adde Lotum, tetragenolobum maritimum Narbonensium minorè flore luteo, Magnoli 1685.

1033.

I. Vel, Sapanæ est arbor indica spinosa, flore luteo eleganti, cujus ligni interior medulla, solida, densa & rubra &c.

II. Uti apud nos diversis Usibus inseruit Rubia Tinctorum, vel Erythrodanum,

D 7

danum,

danum, Serratula, luteola, Coting'  
Sumach &c. Sic apud indos varia  
arbores, varios suppeditant colo-  
res, v. g. Rucu largitur illum, qui  
orleana vocatur, ex Tsiakela fit co-  
lor itidem rubicundus, quo vesti-  
menta, Lusitanis Panos de Cam-  
baya, dicta, tinguntur H. M. T. 3.  
p. 87.

III. Non vero insignis tantum est Va-  
rietas Acaciarum, ratione colorū,  
qui ex ea conficiuntur, sed etiam  
respectu odorum, hinc Itali odore  
florum acaciæ Farnesianæ Chiro-  
thecas ita solent imbuere, ut vix  
exspirent, vulgo: d' odor di gazia,  
quod gazia corruptum est ex aca-  
cia. &c.

1034. Saponaria est Lychnis  
H. B. p. 543. H. B. 574.

I. Quoniam valdopere abstergit, &  
Saponis vicem præbet ad pannos  
laneos purgandos, ideo sic dicta  
fuit. Ambrosin p. 478 quem effectū  
atten-

attendens Septalius, pro eodem scopo in Lue gallica decoctum absterfivum ex eâ præparat.

II. Huic quoad effectum similem ( si non magis mirabilem ) adde ex H.M.T. 4. p. 4 f. die Seepnooten/ (an Sapunaria arbor indica? 1686.) his verbis: Fructus (Poërinii) panis lavandis & abstergendis inserviunt, ii namque in ▽ triti, instae saponis, albicantem eam reddunt, lixiviale, & spumofam, adhæc cum spumosa ex lixiviali hac aquâ aurifabri vasa argentea decoquere solent, & depurare.

1053. Scheha Arabum Rauwolffii p. 457. est absinthium santonicum alexandrinum, quod Semen santonici suppeditat.

1070. Scorpiurus est Heliotropium majus Pin. p. 253. Ambrosin p. 268.

II2I.

1121.

Dicitur ita, quasi Soldan, id est, princeps arabicè, quod principem locum sibi vendicat inter hydragoga G. à Turre p. 314.

1122. Sonchus alatus Dalechampii p. 1116. nihil ab aliis differt, nisi foliorum lanugine, aut tomento.

1123.

Quoniam Morisonius Sopherae tribuit flores papilionaceos H. O. p. 78. vel non vidit florem, vel aliquid humani passus est, habet enim Sophera florem pentapetalum, siliquis isthmoideis, forsan Sesban Alpini habuit pro Sophera, vid. Galega hexaphyllos.

1144. Struthium Theophrasti p. 720, non est Cyanus, quia illud acanaceorum genera spectat, cum quibus Cyanus nihil symbolizat, contra; G. à Turre p. 565. T.

T.

1146. Tamara-Tonga H. M. T. 3. p. 51. ad Carambolas, de quibus Bontius.

1155. Teregam H. M. T. 3. p. 79. est ficus malabarica, foliis rigidis, fructu rotundo, lanuginoso, flavescente, Cerasi magnitudine.

1158. Teucrium est galeata, verticillata ergo est chamædrys flore albo H. B. 390. contra G. à Turre p. 682, qui statuit chamædryn & Teucrium, esse distinctas species, quod non est.

1164. Thelycornia Theophrasti, an Virga Sangvinea Plinii? G. à Turre p. 589.

1177. Thymelæa foliis acutis, capitalis succifæ, est Alypum montis Ceti.

Nomi-

Nominis rationem, habet Hyacinthus Ambrosinus p. 529, quem, sis, vide!

1179. Tithymalus incanus, myrsinites, quoad flores à Clusio p. 189. non est descriptus, sunt vero tetrapetali lutei, instar congenerum, & ita dicitur, quoniam foli myrti habet.

1218. Tuberaria major Mycorum, Lugdun: est Chamæ-cistis Plantaginis folio.

1220. Tulipa-Pæoniæ (non Poloniæ, est tulipa fl. rubr. pl. instar Pæoniæ, si aer, vel celum favet.

1222.

Per integram paginam sese macerat G. à Turre p. 246. quid faciat cum Turpetho? negat illud esse Speciem Thapsiæ, quia non lactescit Thapsia, quo ipso, velut Sorex, sese prodit, quod

quod non legerit Mesuen, vel, quod  
nunquam viderit Thapsiam H.O. d.  
Umb. 83.

1223. Thurpethum indicum  
est Convolvulus Hist. Mex. p.  
180.

Historia mexicana l. c. describit con-  
volvulum indicum, habere folia  
Ibisci, an sit ille, quem delineat Mo-  
risonis H. O. p. 13? in quirendum  
ulterius.

U. V.

1228. Vaccinium nubis Raji  
p. 66. Catal. Pl. Angl. quid? &  
cur Chæmæ-morus? an sphalma  
fubest? & loco nubis, legendum  
Ribes? ita enim Sibbaldus in  
Scotia illustrata l. 1. part. 2. c. 17.  
habet: Chamæ morus anglica  
foliis Ribes: cui subscribit etiam  
Sutherland, in Horto Edinbur-  
genfi p. 80.

1234.

1234. Velutta - Mandaru H. M. T. i. p 61. est Daudan Indorum, vel flos D. Thomæ, estque arbor filiqvosa malabarica, foliis bifidis, flore candido ( rubro etiam ) pentapetalo, striato. &c.

1235. Veratrum nigrum Dioscoridis apud Dodonæum p. 387. vid. Astrantia, quia Tesseram habet Imperatoriæ, quicquid etiam dicat Dodonæus.

1242. Verbena Urticæ folio indica, vid. Cornutum, & Zanonem.

1255. Viperina africana aphyllus, est fritillaria crassa C. B. S. Stapelii.

Dicitur sic, tum ob maculas florum Viperinas, tum ob tetrum, Viperinum, ac virosum fætorem.

1269. Uxana est pl. papilionacea, filiqvosa, unicapularis, non



non scandens, filiqvis erectis,  
isthmô interceptis, qvasiqve ar-  
ticulatis, & dicenda: Senna Ja-  
vanica, femine nigro, depresso,  
cordi-formi, vel qvasi trigono,  
floribus & foliis amplissimis.

Piso p. 185. exhibet duas plantas no-  
mine Pajomirioba, qvæ cum Uxana,  
qvoad folia, convenire videntur, ut  
& qvoad Spasmm, vel modum  
contrahendi: ob qvem Belgis in  
Surinama degentibus hæ plantæ  
vocantur die Schlâffrigens / i. e.  
dormitatores, siquidem folia ad oc-  
casum Solis flaccescendo conci-  
dunt, terram versus comprimun-  
tur, ad Solis ortum rursus erigun-  
tur: ast Semina ista sunt rotunda,  
ergo cum nostrate Uxanâ vix con-  
nient, vide tamen Canonem de co-  
lutea! reliqua de Uxana in primâ  
editione, deleantur!

! Sylla-



*Syllabus Autorum.*

**H**Orti Malabarici T. V. cum notis  
Comelini 1685.

T. VI. per Theodoricum Janson ab  
Almeloven, cum Notis Commelini,  
1686.

Magnoli Petri, Botanicum Monspeliense  
Lugduni 1676.

Pion Petri, Phytologia Würzburgi  
1698.

Rumphii Georgii Everardi liber, de  
Plantis, quæ in Moluccis Insulis &  
præcipue circa Ambojam prove-  
niunt. etc. vid. Decuriæ II. Ann.  
I. Naturæ-Curiosorum p. m. 51.

Steerbeck Francisci Van, Gitri-cultura,  
r' Antverpen 1682.

Sutherland James, Hortus Edinburgen-  
sis 1683.

Trium.

Triumfetti Joh. Baptista, de Plantis, Ro-  
mæ 1685.

Turre Georgius à , Historia Plantarum  
Patavii. 1685.

Vorm Hobius van der , de Soutenelle,  
Amstelodami 1661.

S. D. G.



Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.







Botan. 1162

